



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

stinent Dauidem psallentem. i. eum qui canit canticū
sive prædicat uerbū domini, sed perditū uolunt. & c.

Tribunum.] Ne haberet sub sua potestate totum
exercitū ut ante. Ecce filia.] Vt cunq; in speciem
optimi uiri uideantur hypocritæ, ut cūq; sibi boni ui-
deantur, & fingant sibi excusationes in peccatis, ut
cunq; dicant nobis, non licet interficere quenq;, ne fia-
mus irregulares, non ingredimur in domum Pilati,
quia mundi sumus, & c. Tamen scriptura uocat eos
uiros sanguinū, & dolosos, & mendaces, & opera-
rios iniquitatis & c. Psal. 5. 57. 139. Esa. 59. & c. qua-
lem se hic prodit Saulis hypocrisis usq; ad finē cap.

CAPVT XIX.



Eraci Ionatæ oratione persuasus Saul,
iurat p̄ deum se nō occisurū Dauidem,
& tamen odium ponere non potest, ut ui-
deas, quā homo nō habeat liberum ar-
bitrium. Aguntur alij spiritu maligno ut Saul, alij spi-
ritu dei ut pij, Ro. 8. Atq; id ut maxime quandoq; nō
uideamus, tamē data occasione sese prodit. Nam, ut
beatus uir uelut arbor bona dat fructū suum in tem-
pore suo, quemadmodū dicitur Psal. 1. Ita impius da-
ta occasione suæ incredulitatis edit fructus. Exemplū
hic habes Saulis, qui ne iuramentū quidem suū pensi
habens, querit Dauidem ad mortem, postq; fortiter se

cerat, & uitam populi seruarat. Adeo cæca & impia est inuidia. Insignis est hæc figura illorum qui persequuntur Euangeliũ, id est regnum Christi ueri Davidis. Euidentiſſimis & rationibus & scripturis & experientia nõnunquam superantur & animo uincuntur, ut ueritati fauere uideantur, aut certe putent nõ posse contradici, sed ubi rursus per Euangeliũ suam ambitionem, lucrum, iusticiam, & omnia quæ magnificiunt, uastari uident, satana acti insaniunt. &c. Saul sperabat Dauidem Philistæis obiectum interemptum iri, quemadmodum satanas dum Christum egit in crucem, sed crescit inde Dauidis gloria, unde interitus rursus putabatur, agente sic deo, qui in morte etiã suos seruat, & ad regnum ducit per crucem, uel inuito satana. Hic uides illam hypocrisim, de qua supra dixit apud se Saul, Non sit manus mea in eum, &c.

Et posuit animã suam in manũ suam. Id est se periculo mortis obiecit. Obserua orationem, ut scias quid sit in Psal. Anima mea in manibus meis semper. &c. Misit.] Siue per Ionatã, siue per Michol, prouidentiam dei seruãtis ubiq; uides erga Dauid. Queris, an liceat sic fallere hostem, siue factis siue uerbis, utrunq; enim hic uides? Respondeo. Lex usuras permittit accipere à gentibus, Deut. 23. & inſidijs licet adoriri aduersarios, etiam iubente deo, ut uides quandoq; in historia, ut liceat in hostes pieta-

tis, quod aliās non licet. Exempla multa uides in
 scripturis, ubi sancti pro sua & aliorū salute decepe
 runt impios, aliud dicētes quā res habet, ut & cap.
 sequēti uides. Nec scribit scriptura, qd' ego sciam, cō
 scientiam eos inde habuisse, imò uidentur de sua per
 sona nō uoluisse tentare deum, cum possent se uerbis
 & simulatione defendere, & in alijs officium fecisse
 charitatis. Exemplorū quidem sat habemus, sed quia
 scriptura nō definit, nos ex factis legem statuere non
 debemus. Certū est illos sanctos illis simulationibus
 nihil mali in quenq̄ tentasse, sed iuuare uoluisse. Si qd'
 quandoq; inde mali accidebat, prāter spem erat, ut
 infra cap. 21. & 22. Excipio causam ubi iure gladij
 uti licet. Illic enim decipere licere sentiebant, ubi lice
 bat per deū occidere, quemadmodū infra uides Achis
 decipi à Dauide cap. 27. & c. Honestius more scriptu
 rae hęc uocaueris deceptiones quā mendacia, nā &
 deus decipere scribitur prophetas malos Eze. 14. qui
 tamen mentiri scribi nō potest. Ego certe negare me
 scire illū qui queritur ad mortē siue ad damnū & c.
 excepto casu, ubi malefactor queritur iure gladij à
 magistratu. Porrò titulus psal. 78. indicat Dauidem
 hęc liberationē deo ferre acceptā, nō studio Michol.
 Misit Saul lictores, sapientiam, prudentiā
 & potentiam mundi hoc facto deus stultificauit, ut im
 piij canerent, ad terrā prociderent, omni aq; facerent

que prophetæ, dum interim inter ipsos erant, oblitæ negocij ob quod uenerant. Figura persecutorū Euangelij, ut supra diximus, qui ubi audierint quæ uerissimæ sunt, uincuntur ad tempus, ut dicāt nobiscū, recedentes sunt iidem qui fuerunt. Exemplū habes Io. 7. de seruis qui dicunt. Nunquā sic homo locutus est. Ita ueritatem impij quandoq; fatentur in sui maiore condemnationem iudicio dei, dum non cessant persequi quod arguere non possunt, quemadmodū superiori capite diximus. Vestimentis scilicet superioribus, Vide annotationes D. Martini.

CAPVT XX.

Rursum hoc caput ob oculos nobis ponit quid spiritus dei in Ionata, quid malus spiritus in Saule agat, ille pietatem & innocentem amat, defendit, hic odit & persequitur. Vsq; adeo hoc odium furit, ut ne filio quoque parcat Ionatæ. Nec mirum, cum & seuiat & indignetur aduersus dei iudicium, quod deus cœperit præferre Dauidem, ut manifeste uidimus cap. 18. qui affectus longe horrendissimus est in impiorū cordibus, adeo occultus ut ipsum uidere nequeant. Pij autem spiritu arguente statim sentiunt, & ueniā precantur, agnoscetes sese nondū in omnibus sequi dei uoluntatē, & dicentes, Fiat uoluntas tua. &c.